



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum paulus in rapto viderit Dei essentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tingit in his qui propter vehementiam ire, uel amoris inaniunt. Considerandum tamen quod uterque excessus secundum appetitum existens, potest causare excessum cognoscitiue virtutis, uel quia mens ad quaedam intelligibilia rapiatur alienata a sensibus, uel quia rapiatur ad aliquam imaginariam uisionem, seu phantasticam apparitionem.

AD TERTIVM dicenda, qd sicut amor est motus appetitus respectu boni, ita timor est motus appetitus respectu mali. Unde eadem ratione ex utroque potest causari excessus mentis, praesertim cum timor ex amore causetur, sicut August. dicit \* 14, de ciuit. Dei.

Super Questioni centesima septuaginta simoniana Arisulorum terminum.

ARTICVLVS III.

Utrum Paulus in raptu uiderit Dei essentiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Paulus in raptu non uiderit Dei essentiam. Sicut enim de Paulo legitur qd est raptus usque ad tertium caelum, ita & de Petro legitur Act. 10, qd cecidit super eum mentis excessus: sed Petrus in tuo excessu non uidit Dei essentiam, sed quandam imaginariam uisionem. ergo uidetur quod nec Paulus Dei essentiam uiderit.

¶ 2 Præc. Visio Dei facit hominem beatum: sed Paulus in illo raptu non fuit beatus: alioquin nunquam ad uitam huius miseriam redisset, sed corpus eius fuisset per redemptantiam ab anima glorificatum. sicut erit in sanctis post resurrectionem, qd pater esse falsum. ergo Paulus in raptu non uidit Dei essentiam.

¶ 3 Præc. Fides, & spes esse non possunt simul cum uisione diuinae essentiae, ut habetur 1. ad Corinth. 13. sed Paulus in statu illo habuit fidem, & spem. ergo non uidit Dei essentiam.

¶ 4 Præc. Sicut August. \* dicit 12. super Genes. ad litteram. Secundum uisionem imaginariam quaedam similitudines corporum uidentur: sed Paulus in raptu dicitur quasdam similitudines uidisse, puta, tertii caeli, & paradisi, ut habetur 2. ad Corinth. 12. ergo uidetur esse raptus ad imaginariam uisionem, magis quam ad uisionem diuinae essentiae.

SED CONTRA est, quod August. \* determinat in libro de uidendo Deum ad Paulinam, quod ipsa Dei substantia a quibusdam uideri potuit in hac uita positus, sicut a Moyse, & Paulo, qui raptus audiuit ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui.

RESPONDEO. Dicendum, quod quidam dixerunt Paulum in raptu non uidisse ipsam Dei essentiam, sed quandam resplendentiam clari-

tatis ipsius. Sed contrarium manifeste Aug. \* determinat non solum in lib. de uidendo Deum, sed etiam 12. super Genes. ad litteram, & habetur in glos. 2. ad Cor. 12. Et hoc etiam ipsa uerba Apostoli designant. Dicit enim se audiuisse ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui. Huiusmodi autem uidetur ea, quae pertinent ad uisionem beatorum, quae excedit statum uiae, secundum illud Isa. 64. Oculus non uidit, Deus, absque te, quae praeparasti diligentibus te, & ideo conuenientius dicitur, quod Deum per essentiam uidit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mens humana diuinitus rapitur ad contemplandum ueritatem diuinam tripliciter. Vno modo, ut contempletur eam per similitudines quasdam imaginarias: & talis fuit excessus mentis, qui cecidit supra Petrum. Alio modo, ut contempletur ueritatem diuinam per intelligibiles effectus, sicut fuit excessus Dauid, dicens, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Tertio modo, ut contempletur eam in sua essentia: & talis fuit raptus Pauli, & etiam Moyse, & talis congruenter. Nam sicut Moyse fuit primus doctor Iudaeorum, ita Paulus fuit primus doctor Gentium.

AD SECUNDVM dicendum, quod diuina essentia uideri ab intellectu creato non potest, nisi per lumen gloriae, de quo dicitur in Psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen: quod tamen dupliciter participari potest. Vno modo per modum formae immanentis: & sic beatos facit sanctos in patria. Alio modo, per modum cuiusdam passionis transeuntis, sicut \* dictum est de lumine prophetiae: & hoc modo lumen illud fuit in Paulo, quando raptus fuit. Et ideo ex tali uisione non fuit simpliciter beatus, ut fieret redundancia ad corpus, sed solum secundum quid: & ideo talis raptus aliquo modo ad prophetiam pertinet.

AD TERTIVM dicendum, quod quia Paulus in raptu non fuit beatus habitualiter, sed solum habuit actum beatorum, consequens est, ut simul tunc in eo non fuerit actus fidei: fuit tamen simul in eo fidei habitus.

AD QUARTVM dicendum, quod nomine tertii caeli potest uno modo intelligi aliquid corporeum: & sic tertium caelum dicitur caelum empyreum, quod dicitur tertium respectu caeli aerei, & caeli sideris: uel potius respectu caeli sideris, & respectu caeli aerei, siue crystallini. Et dicitur raptus ad tertium caelum, non quia raptus sit ad uidentum similitudinem alicuius rei corporeae, sed propter hoc, quod locus ille est contemplationis beatorum. Unde Glos. dicit \* 2. ad Corinth. 12. quod caelum tertium est spirituale caelum, ubi angeli & sanctae animae fruuntur Dei contemplatione. Ad quod cum dicit se raptus est in aeternum. Alio modo, per tertium caelum potest intelligi aliqua uisio supermundana, quae potest dici tertium caelum tripliciter. Vno modo, secundum ordinem potentiarum cognoscitiuarum, ut primum caelum dicatur uisio supermundana corporalis, quae fit per sensum, sicut uisa est manus scribentis in pariete, Daniel. 5. Secundum autem caelum sit uisio imaginaria, puta, quam uidit Isa. & Ioan. in Apocalyp. Tertium uero caelum dicatur uisio intellectualis, ut Augustinus \* exponit 12. super

Lib. 2. ca. 13. & 28. to. 3. Et epist. 112. ca. 13. to. 2.

Super

D. 102.

Psal. 115.

D. 486.

1. 1. art. 2. D. 986.

Glos. ordinaria ibid.

Lib. 12. cap. 28. tom. 3.

Secunda Secunda S. Tho. HHH 3 per

per Gene. ad literam. Secundo modo, potest dici tertium celum secundum ordinem cognoscibiliu, ut primum celum dicatur cognitio celestium corporu; secundum, cognitio celestium spirituum: tertium cognitio ipsius Dei. Tertio modo, potest dici, tertium celum contemplatio Dei secundum gradus cognitionis, qua Deus videtur, quoru primus pertinet ad angelos infima hierarchia: secundus, ad angelos medii: tertius, ad angelos suprema, ut dicitur \* Gio. 2. ad Cor. 12. Et quia visio Dei non potest esse sine delectatione, propterea non solum se dicit raptum ad tertium celum ratione contemplationis: sed etiam in paradisu ratione delectationis consequentis.

Ibi Inuitur in glof ordinaria ex Dion. Areopagita.

¶ Super Questionis genesima septuagesima quinta Ar. quarta.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Paulus in rapto fuerit alienatus a sensibus.

**I**n art. 1. eiusdem q. 175. ad ratione ad tertium, aduerte q. ratio ista, l. q. in Paulo videtur diuina essentia, relicta fuerit ali qua spes intelligibilis ex ipsa uisione, si cur abeute sensibili remanet ali que impressiones in anima, quas conferes ad phatasmata, postea memoratur, pot dupliciter intelligi. Primo, q. remanent in intellectu Pauli spes intelligibiles, quasi reliquie illius uisionis, sicut contingit in nobis, q. remanet reliquie lucis post uisionem corporale. Et hoc ut sonare modus loquedi istius literę, dum dicit, q. relicta fuerunt ex hoc ipso, q. uidebat Deum. Et sic intellectus Pauli passus se habuisset ad hmoi participatione specierum. Alio modo, pot intelligi q. intellectus Pauli du uideret Deu, formauit sibi similitudines eoru, q. uidebat i Deo, & hoc ex naturali intellectu uirtute, qua natus est ex quibusdam uis formate simili uicine alterius, Et hunc quide fm sensum, seu modu, expressit author in 1. li. q. 12. ar. 9. ad fm. Primum autem modum hic tm insinuat: uterque tamen possibilis uidetur.

¶ 8. q. 13. art. 11. co. Et ve ri. q. 10. art. 11. cor. & q. 73. ar. 1. cor. & ad 4. & ar. 4. cor. Et quod 1. ar. 1. cor. 12. le. 1. 1. lib. 12. cap. 28. circ. mediam, 10. 3.

Cap. 1. co. 4.

Lib. 11. cap. 27. tom. 3.

¶ 2. Præ. Christus uere uiator fuit, & continue uisione diuine essentia fruebatur, nec tamē siebat abstractio a sensibus, ergo nec fuit necessarium, quod Paulo fieret abstractio a sensibus ad hoc, q. essentiam Dei uideret.

¶ 3. Præ. Paulus postquam Deum per essentiam uiderat, memor fuit illoru, qua in illa uisione conspexerat. unde dicebat 2. ad Corint. 12. Audiui arcana uerba, que non licet homini loqui: sed memoria ad partem sensitiuam pertinet, ut patet per Philosophum in libro de memoria, & reminiscencia, ergo uidetur quod etiam Paulus uidendo Dei essentiam, non fuerit alienatus a sensibus.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit super Gene. ad literam. \* Ni si ab hac uita quisque quodammodo moriatur siue omnino exiens

Super

a corpore, siue auersus & alienatus a corporis sensibus, in illam non uehitur uisionem.

¶ Respon. Dicendum, q. diuina essentia nō potest ab homine uideri per aliam uim cognoscitiuam, q. per intellectum. Intellectus autem humanus non conuertitur ad intelligibilia, nisi mediantibus phatasmatibus, qua per species intelligibiles a sensibus accipit, & in quibus considerans ac sensibilibus iudicat, & ea disponit. Et ideo in omni operatione, qua

intellectus noster abstrahitur a phatasmate esse est, q. abstrahatur a sensibus, homo in statu uie necesse est, q. abstrahatur, si uideat Dei essentiam, aliquod phatasma potest Dei essentiam, immo nec per aliquam speciem intelligibilem, quia essentia Dei in infinitum est omnia corpora, quorum sunt phatasmata: intellectus hominis eleuatur ad abstractiua uisionem, ut tota mentis intentio ita scilicet quod nihil intelligat aliud, nisi sensibilibus, sed totaliter feratur in Deum, quod est, quod homo in statu uie uideat essentiam sine abstractione a sensibus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod cum est post resurrectionem in beatitudine uidentibus fiet redundantia ab intellectu res uires, & usque ad corpus. Unde licet regulam diuina uisionis, anima in celestibus, & sensibilibus. Talis autem regulam fit in his qui raptantur, sicut dictum est, est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quod anima Christi erat glorificata per beatitudinem glorię, quo diuinam essentiam uidebat plus, quam aliquis angelus, uel homo uiator propter corporis passibilitatem, quam paulominus ab angelis ministrantur ad Hebręos 2. dispensatiue, & contra quem defectum ex parte intellectus, similis ratio de eo, & de aliis uiatoribus.

¶ Ad tertium dicendum, quod quia quam cessauit uidere Dei essentiam, in illa uisione cognoscitur species intelligibiles habitualiter et intellectu relicta: sicut etiam ad uisionem alique impressiones in anima, conferens ad phatasmata memoratur. Illam illam cognitionem, aut cogitare potest exprimere.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum anima Pauli in statu illi fuerit a corpore separata.

¶ Ad quintum sic procedit. Videtur quod anima Pauli in statu illo fuerit totaliter a corpore separata. Dicit enim Apostolus 2. ad Corint. 5. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem: sed Paulus in statu illo non peregrinabatur a Domino, quia uidebat Deum per speciem, ut dictum est, ergo non erat in corpore.

¶ 2. Præ. Potentia anima non potest eleuari supra eius essentia, in qua radicatur: sed intellectus, qui est potentia anime, in rapto fuit a corporalibus abstractus per eleuationem ad diuinam contemplationem, ergo multo magis essentia anima fuit separata a corpore.